



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Naufragium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

MENSA EPISCOPALIS.

Quæ beneficia dicantur de mensa, vide Paul. Rom. tract. de pens. c. 1. num. 8. ubi generaliter loquendo, habens illa dici de mensa, quæ sunt unita, & non habent perpetuum rectorem, Zabarella in Clem. frequens, & ibi gl. in ver. ad mensam, de excesso prælat. vel quando non habent specialem administratorem, alium à superiore prælato, idem in Clem. quia regulares, de sup. negl. præl. & ibi gloss. in ver. mensa, ubi dicit, quod Ecclesiæ, quæ sunt de mensa, non vacant. ratio est, quia sunt unitæ mensæ, quæ nunquam moritur, & Zenzilinus ibi dicit, quod sunt ea, in quibus ponuntur simplices ministri, seu collectores, & sic non cadunt sub reservationibus, Paul. loc. cit.

NAUFRAGIUM.

Primò, naufragantium bona accipientes, regulariter sunt excommunicati in Bull. Coenæ Domini. fallit primò, quando suscepint ea bono animo, ut restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Conc. Later. excommunicatione Episcopali, cap. excommunicationi, de rap. & ibi Abb. secundò, quando ignorantent esse talia, id est, bona naufragantium, quia putabant esse aliorum, Nav. const. 43. nu. 2. de sent. excom. tertio fallit, quando dominus ea ejecisset, animo non recuperandi, vel si habuerit illa

pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, idem conf. 3. de ref. spol. quod tamen deberet intelligi cum grano salis, per regulam, quia nemo putatur jaftare suum, Cajet. in sum. ver. excom. c. 23. Sylvest. ver. excom. 7: nu. 57. Nav. c. 27. num. 117. Fran. Senen. in exposit. septi. præcepti, nec valet lex de confiscatione bonorum naufragantium, quia esset tyrrannica. Doct. loc. cit. vide Azon. in sum. libro 11. Cod. rub. 5.

Secundò, multa habes de reperientibus bona naufragantium in constit. rapinas, & ibi Afflict. idem de ruin. & incendio, & ponitur poena mortis.

Tertio, naufragantium bona in portubus, & ripis maritimorum S. R. Eccles. aut in mari, aut in Tiberim, ad evitandum pericula tempestatis jafta, nemo occupet, vel diripiatur, etiam sub prætextu consuetudinis, Paul. III. Bull. 48. que incipit, Accepimus, & alia, que est 57. & Jul. III. Bull. 49. & Pii V. Bull. 7. Greg. XIII. Bull. 52.

Quartò, qui tempore naufragii vocati à patronis navium, vel barcharum, auxilium eis ad bonorum præservationem, vel recuperationem præsterint, quartam partem bonorum præservatorum, aut acceptorum lucrantur, perturbatores autem, aut occupantes multas poenas incurunt, Paul. III. Bull. 57. que incipit, Accepimus.

NOTARIIL.

Notarii, quicunque sint, possunt compelli per commissarios fabricæ sancti

O 3